Morbio 25 (8)

In nomine Dni Amen anno a Nativitate Eiusdem Millesimo Quingentesimo trigesimo primo
Indictione quinta die martis trigesimo primo et ultimo mensis octobris. Dna lucia de lucino filia
quondam Dni nicolay et uxor relicta quondam Dni antonij de magnijs de lurago dicti de gabalijs
habitans in burgo porte turis cum parochie sancti donati foris agens infra omnia et singula in presentia
et cum parabula et licentia Dni Johis marie de maynijs de lurago filij sui ac filij quondam sancti Dni
antonij maioris annis vigintiquinque ut ipse ibidem asserit dicit et protestatus fuit presentis assentientis
et consentientis et eidem Dne lucie matri sue parabula et licentia infra omnia et singula faciendi
dantis prestantis et attribuentis ac iurantis corporaliter ad sancta dei evangelia manibus tactis scripturis
quod eidem Dne lucie matri sue assentit et consentit bene iuste legaliter et bona fide ac sine premio et speculatione
premij consequendi et in omnibus et per omnia iuratis corporaliter ut supra prout iurari requiritur iuxta et secundum
statutorum et ordinum comunis cum super hijs disponentibus promisit et convenit solemniter et legitime per stipulatum obligando se et
omnia sua bona pioneri presentia et futura spectantibus viris Dnis Johi petro de mangia chabalis filio quondam Dni albertini
et Bernardino de lature filio quondam Dni michaelis ambobus civibus et habitantibus comi ac sindicis et procuratoribus hospitalis
maioris comi nuncupatis sancte anne sitis extra et prope menia civitatis comi presentibus stipulatis et recipientibus nomine
et vice et ad partem et utilitatem prefati hospitalis. Ita quod hinc ad callendas mensis maij proxime futuras dicta Dna
lucia debitrix dabit et solvat prefato hospitali seu eius magnificis Dnis deputatis et agentibus pro eo libras tercentum
septuaginta imperialium sortis bonorum curentium et spendibilium tempore solutionis cum omnibus expensis damnis et interesse et cedis
et ceteris accessionibus que inde fient curent et patient pro predictis omnibus et singulis petendis exigendis consequentibus et habendis et in bonis
denarijs numeratis tantum et non in aliqua alia re contra voluntatem sanctorum agentium prefati hospitalis. Quasquidem libras tercentum
septuaginta imperialium sortis utsque contenta et confessa fuit et est sancta Dna lucia debitrix se dare debere ipsis Dnis
sindicis seu prefato hospitali et agentibus pro eo causa restus solutionis pretij venditionis unius fiende per prefatos Dnos
sindicos ipsi Dne lucie presenti utsque. Nominative de infris omnibus et singulis domibus terris et rebus territorijs ac
bonis immobilibus iacentibus in loco et territorio de lipomis plebis zezij episcopatus comi inferius descriptis et coherentibus. Item nominative et
generaliter de omnibus illis terris et rebus territorijs et bonis immobilibus iacentibus in isto loco comi et territorio de lipomis que tenebantur
per Dnum filippum pongam filium quondam Dni pauli ad ficta a prefato hospitali et de quibus bonis sanctus quondam Dnus paulus seu eius predecessores
fuerunt alias investiti a prefatis tunc agentibus pro ipso hospitali per instrumentum ipsius investiture tradi et rogatum per publicum notarium comi anno
indictione die et mense in eo contentis ad quod instrumentum in premissis et infris omnibus et singulis in preiudicialibus debita habeatur relatio ac
de omnibus alijs terris et bonis immobilibus iacentibus in isto territorio de lipomis quomodolibet et qualitercumque spectantibus et pertinentibus prefato hospitali
per instrumentum ipsius venditionis ibique statim paulo poste tradendum et rogandum per me notarium instrumentum renuntiationis exceptionis huius instrumenti non ita facti et
dictorum denariorum dicta occasione non ita debendorum et predictorum omnium et singulorum non ita factorum et spei future habitantis et rescriptionis et doli mali
et in factum metus causa sine causa vel ex iniusta causa erroris et decepti seu lesionis fictitij et simulati contractus et qualibet alia occasione et expressione
remota et renuntiata sub pacto capiendi vim et proprietatem omnibus et singulis licet et licitum sit prefato hospitali seu agentibus pro eo ubique locorum
et terrarum post sanctum terminum sanctam Dnam lucia debitricem realiter convenire et personaliter capere et detinere et in carceribus includere ponere et tenere et
de eius bonis et rebus ubique accipere predari saxire contestare robare et insolutum retinere sua propria auctoritate et sine auctoritate iudicis et impune usque ad
ad plenam et integram solutionem et satisfactionem premissorum omnium et singulorum renuntiationis omnibus statutis consciliis legibus iuribus provisionibus consuetudinibus
decretis et ordinibus comunis cum et cuiuslibet alterius comunis factis et fiendis in contrarium et beneficio cessionis bonorum suorum et privilegio sui fori
et generaliter omni alteri iuri legum et auxilio allegationi exceptionis deffensionis omnique probationi in contrarium. Insuper sancta Dna lucia cum parabula
utsque dedit et concessit ac dat et concedit plenam parabulam et licentiam sanctis Dnis sindicis et procuratoribus prefati hospitalis presentibus utsque intrandi
ingrediendi et apprehendi eorum propria auctoritate corporaliter possessionem et tenutam omnium suorum bonorum pioneri presentium et futurorum et iuxta donec intraverit
et dicta corporaliter possessionem et tenutam seu quasi utsque apprehenderit ex nunc prout ex tunc constituit se sancta Dna lucia cum parabula utsque predicta
omnia sua bona pigri presentia et futura nomine et vice prefati hospitalis creditori tenere et possidere et hoc donec prefatus hospitalis
seu agentes pro eo fuerit et sit plene et integre solutum et satisfactum de predictis omnibus et singulis. Actum in prefato hospitali
in camera cubiculari Dni presbiteri andree de la potria beneficialis prefati hospitalis interfuerunt ibi testes vocati et rogati
Gabriel de bossis filius quondam magister Donatus de taronis de carate filius quondam Bernardini et sanctus Dnus
presbiter andreas filius magistri michaelis dicti comaschi librarij habitantes comi. Et pro notarijs martinus et Joseph fratres
de maynijs de lurago filij magistri Christofori et aluisius de bregnio filius magistri antonij lignamarij habitantes in dicto burgo
porte turis comi noti homines et idoney.

Ibique statim coram sanctis testibus et notarijs Rdus et sapiens J. V. doctor Dnus Johes gregorius de parvisino vicarius generalis Dni
Dni cesaris truitij divina gratia episcopi comensis condemnavit et condemnat ex sua propria confessione et in concordia partium sanctam Dnam
lucia debitricem ad dandum et solvendum et quod det et solvat hinc ad sanctum terminum prefato hospitali seu prefatis Dnis sindicis et
agentibus pro eo sanctas libras tercentum septuaginta imperialium sortis utsque cum omnibus expensis utsque et in bonis denarijs utsque
occasione sancta et pro quibus est sancta obligatio tenore sancti hodie ibidem paulo ante tradata et rogata per me notarium instrumentum et hoc cum
omnibus et singulis pactis promissis obligationibus et renuntiationibus pacto capiendi parabula intrandi in possessionem atque omnibus
alijs clausulis et solemnitatibus in dicta carta obligationis apposita et insertis. Actum testes et notarij utsque proxime noti utsque.

Ego Bernardinus de vachanis publicus imperialis auctoritate notarius comi filius quondam Dni Archangeli ... predictam
obligationem et premissorum omnium et singulorum rogatus tradidi scribique feci et hic me ...

1531 P 31/X

Obligano a [illegible] hospitale magni or
[illegible] tramburam
de [illegible] gdam tu
[illegible] de [illegible]
[illegible] LXX [illegible]

Morbio Z5 (8)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1869732146-17/fragment/page=0002